

www.e-rara.ch

**Cornelii Valerii Ultraiectini In universam benedicendi [sic] rationem
tabula, summam artis rhetoricae complectens**

Valerius, Cornelius

Antverpiae, 1574

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRM 233,2

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-35845>

De figuris grammaticis.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

quasi gestus quidam orationis, qui in verbis est, seu verborum situ. Hoc schematis genus duplex est; Schema
λίξασ
duplex.

Grammaticum, quod à grammaticis tradi solet, & Rhetoricum, quod à rhetoribus.

De figuris grammaticis.

APVD grammaticos figurarum genera duo sunt; Grammaticum
genus duplex,
verborum sin-
gularū, & con-
iunctorum. vnum verborum singulorum, alterum coniunctorum: quorum superius poetis concessum est, oratoribus negatum; quod in versu Metaplasmos dicitur, in oratione verò soluta Barbarismus. Posterius in consecutione spectatur; quod genus grammatici vocant locutionis & constructionis. paulumq; à communi grammaticæ consecutionis siue syntaxeos ratione recedit. Metaplas- Metaplasmos. mus dictus est, quod afficiat & veluti transformet verba, contra communem loquendi seu scribendi consuetudinem, eorumq; vel litteras vel syllabas, vel quantitatem, necessitatis, aut etiam ornatu causa in carmine immutet. Cuius species numerantur hæ;

Prothesis, appositio, est littera vel syllaba ad caput Prothesis. ipsius verbi adiunctio; vt gnatus, gnarus, gnauus, tetuli pro tuli. Aphæresis, detractio, est littera vel syllaba de initio dictionis abiectio, vt, Ruit omnia late, pro eruit: temnere, pro contemnere. Sed mittere sanguinem, pro emittere, & mittere pro tacere & omittere, vsitata sunt. Epenthesis, est littera vel syllaba in medio verbi interpositio: vt religio, nauita. Epenthesis. simillimus, alituum, Mauors, cinctutus. Syncope, imminutio, est littera vel syllaba è medio dictionis reiectio: vt, repostum: Syncope. accestis, pro accessistis: exstinxisti, pro exstinxisti. Sed nosti, pro nouisti: redij, pro rediui, & quæ similia sunt, etiam in

- etiam in oratione soluta frequentantur. Vsiatius etiam dicitur triumvirum, fabrium, sestertium, nummum, quam, orum, auctore Cicerone in Orat. Paragoge seu Proparalepsis est, qua ad finem aliquid adiicitur: vt, dicier, pro dici. Apocope, amputatio seu resectio, qua detrahitur vel littera vel syllaba: vt peculi, pro peculi; parce metu, pro metui. hic tamen etiam Synaresis esse potest. Mage, pro magis: Hymen, pro Hymeneus. Metathesis, transpositio seu transmutatio est, qua littera in verbis singulis transferuntur; vt Thymbre pro ThyMBER, nisi vocatiuum esse malis à nominatiuo Thymbrus: Pistris, pro Pristis. Antithesis seu antiphrasis commutatio est, cum littera pro littera ponitur: vt, olli, pro illi: impete pro impetu. Syneresis, contractio, est coniunctio duarum syllabarum in vnā: vt, aluēo, pro aluēo, aēripedem ceruam, pro aēripedem. Vna eādēque via sanguisq; animusque sequuntur: Virg. Episynepham Diomedes vocat. Diæresis, diuisio, est diphthongi vel syllabæ vnius in duas distractio: vt aulāi, pro aulæ: persolienda, pentasyllabum; siāsit, trisyllabum. Syftole, est syllabæ longæ, versus necessitate, facta contractio. Virg. Obstupui, steteruntque comæ. Et, Connubio iungam stabili. Et, nimbosus Orion. In primo te, in altero nu, in tertio o longæ corripuntur. Diastole seu Ectasis, est productio syllabæ natura contractæ: vt, Exercet Diana choros. Et, Versa puluis inscribitur hastæ. Synalcepha est, cum vocalis in fine dictionis à vocali proximè sequenti in metenlo versu quasi deletur: vt, Carthag' Italiam contra, Cast' est quam nemo rogauit. Ecthlipsis est, qua m littera in fine cum sua vocali ab insequente vocali eliditur:

Paragoge.

Apocope.

Metathesis.

Antithesis seu
antiphrasis.

Synaresis.

Diæresis.

Syftole.
Correptio.Diastole seu
Ectasis, Porre-
ctio.Synalcepha, ab-
iectio vocalis.Ecthlipsis, abie-
ctio litteræ m.

ditur: vt, *Gratum opus agricolis. Sic olim veteres litteram S elidebant: vt, Aut ouium fetus, aut vrentes cultra capellas. Vita illa dignus locoq;*

De schematibus verborum
coniunctorum.

S C H E M A grammaticum seu figura, quæ schemata sunt taxeos. *ἑνωτάξιος* Græcè, & consecutionis dicitur Latine, est immutata quedam & arte nouata certis de causis, atque vsitata bonis scriptoribus dicendi ratio. Cui Zeugma rhetoricum. subiiciuntur hæc: Zeugma duplex; Rhetoricum & Grammaticum. Rhetoricum zeugma dicitur, cum verbum vel adiectiuum ad substantiua diuersa ita refertur, vt cum omnibus conueniat, sed non mutatum: vt, *Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Aut etate forma deflorescit, aut morbo. Ouid. Non venus & vinum sublimia pectora fregit.* Grammaticum zeugma dicimus, cum verbum vel adiectiuum vni tantum rectè coniungitur propiori, sed ad alterum vel plura non nisi mutatum refertur. Terent. *Dati anuli, locus, tempus constitutum est. Cicero: Ego illum de suo regno, ille me de nostra republica percunctatus est. Et, Non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes, non hospites. Virgilius: Hic illius arma, hic currus fuit.* Vocatur Prozeugma, Prozeugma. Meiozeugma. Hypozeugma. cum verbum vel adiectiuum antecedit: Meozeugma, cum interponitur: Hypozeugma, cum sequitur. *Contraria Zeugmati Hypozeuxis, Disiunctio est, cum singulis rebus sua subiunguntur verba: vt, Procumbunt picea, sonat iceta securibus ilex, Fraxineaq; trabes, cuneis & fissile lignum Scinditur, aduoluunt ingentes montibus ornos. Et, Venit hiems, teritur Sicyonia bac-*